



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

**D. Burchardi VVormaciensis Ecclesiae Episcopi,  
Decretorum Libri XX. ex Consiliis, & orthodoxoru[m]  
patru[m] Decretis, tum etiam diuersaru[m] nationum  
Synodis, ceu loci communes congesti, in quibus ...**

**Burchardus <Wormaciensis>**

**Parisiis, 1549**

De Iudæorum seruis. lxxxvi.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-10722**

gmatís reuocentur, vt quos voluntas propria non emendat, animaduersio sacerdotalis coerceat. Eos autem qui circumciderunt, si filij eorũ sunt, à parentũ consortio parètur, si serui, pro iniuria corporis sui libertati tradantur.

*De seruis Iudæorum. Cap. LXXXVI.*

*Ex eodẽ. 13. ca. 9.* **I**tem vt si Iudæorum serui necdum conuersi ad Christianam gratiam conuolauerint, libertati donentur.

*De mancipiis Iudæorum quæ ad baptismum confugiunt. Cap. LXXXVII.*

*Ex concil. apud Aruernen. cap. 30.* **L**icet prioribus canonibus iam fuerit definitum, vt mancipiis paganis quæ apud Iudæos sunt si ad Christianam fidem confugerint, & baptismum petierint, etiam ad quoscumque Christianos refugerint, taxato, & oblato à liberis iusto precio ab eorum dominio liberentur: idcirco statuimus hoc, vt tam iusta constitutio, ab omnibus catholicis obseruetur.

*Item de mancipiis Iudæorum, aut Christianis, aut ad fidem Christianam venire desiderantibus. Caput LXXXVIII.*

*Ex cõcil. Matiscẽ. cap. 16.* **P**ræsenti concilio Deo autore sancimus, vt nullũ Christianum mancipium Iudæo deinceps seruiat, sed si quis pro quolibet bono mancipio duodecim solidis, si mancipium quicumque Christianorum, seu ad ingenitum, seu ad seruitium licentiam habeat redimendum, Christianum fieri desiderat & non permittitur, similiter faciat: quia nefas est, vt quod Christus dominus sanguine sui effusione redemit, blasphemum Christianæ religionis in vinculis tenere. Quòd si ad quiescere his quæ statutum est quicumque Iudæus noluerit, quàm diu ad pecuniam constitutam venire distulerit, liceat mancipium ipsum Christianis vbicumque voluerit habitare.

*De illis qui de hæresi ad fidem venire desiderant. Caput LXXXIX.*

*Ex concil. Aralatẽ. cap. 9.* **S**i ad Ecclesiam aliquis de hæresi venerit, interrogatus de Symbolo, & si viderint eum in patre, & filio, & spiritu sancto esse baptizatum, manus ei tantum imponantur, vt accipiat spiritum sanctum.